

Alacre animal. Animal est valde inquietum complexionis calidioris. Vixit ac facie sua alacritatem summam, quod in Tigre omnino est contrarium, semper spirat. Magis ipsi sanguis placet, quam carnes, quo sustentatur. Ab igne non terretur. Plerumque in spitis arborum ramis dimoratur, dormitque, in quibus etiam à venatoribus queritur ac capit. & non raro cum famis ipsam stimulat, si in alijs arboribus Simias aut Cercopithecos conspexerit, se mortua similem in ramis hisce supinam componit, extensis omnibus leniter pedibus. Tum Simiae illæ, prout curiosum est animalium genus, ex vna in alteram saliendo arborem, sūlque indulgedo gesticulationibus, vbi periculosa sua ignorantia Panthera viciniores facta fuerint, olfacti eam, & an spiritum trahat, exquirunt, quam si mortuam iudicant, iam metus omnis expertes corpori ipsius insiliunt & insultant. Hæc autem occasionem, famem suam abigendi, tam præsentē nocta ex inopinato veluti expergefacta, vnguis suis modo hanc, modi illam Simiam corripiens & dentibus dilanians, ex arbore in terrā præcipites dat, descendit, vicinorem lacerat, quod vult vorat, reliquias verò vel socijs vel suis affert. Et ita stolidi Simiarum curiositas Pantherarum fami succurrit, ac nutritamentum optimum præberet. Simia, Panthera est animal astutum, velox, formosum & in illis regionibus seu specialissimum quid estimatum. Hæc ex F. Gregorij nostri accurata non minus, quam vera relatione.

An noui & veteris orbis Patheras conueniant. Commodum hic primo indagare fuerit, cōuenienter noui orbis eum veteris mundi Pantheris. Et quidem quod dictum est, Patheram Tigri admodum similem esse, non abs re est, cum etiam in plerisque nostra hæc ambo animalia concordent, excepta macularum figuræ, quæ in Tigribus virgata, in Pantheris orbiculata ab Antiquis describitur. Quamvis ut semel, quod res est, dicam, hodieque vera Tigres ex nostro orbè allatae in Aula Augusti. Rodulphi secundi Cæsaris semper inuitissimi ( quo seculi spatiū nec curiosior, nec rerum naturalium intelligentior Princeps vixit ) visæ fuerint, quæ magnitudine Leonem superarunt, pulchritudine Pauonem adæquarent, suo nempe in genere quadrupedum eminentes. Tales non dubito, quin Serenissima & Florentissima Medicæ Domus saepe etiam aluerit, vt vt fiat, saepe vt Pantheras minores Tigribus, harum nomine vulgus honester. Nec refert multum, si oculorum potius circuli, quam virgarum segmenta in his etiam nostris videantur, nec color vsqueaque cum antiquis congruat. In Canum etenim, Lyneum vulgo dictarum, Equorum & Leonum, quæ non varieras coloris & macularum proportionum diuersitate quotidie à nobis conspicitur? Retulerunt autem mihi, qui ante hos triginta annos Rodulphi Imperatoris Tigres viderunt, quous Leonis illas maiores, insigni capitis magnitudine, pilis mundissimis, orbiculis ex fulvo nigricantibus ac pulcherrimis ornatas fuisse.

Differencia inter nostras & Americanas Panthersas discrepantia: quod antiquorum Tigris, vt perhibent scriptores, pulchritudine sua hoc inter quadrupedes & pedes existat, quod Pavo est inter volucres. Atqui Americana Panthera Tigrem suam colorum venustate longè superat, quamvis virumque animal speciosissima sit pelle preditione. Veterum certè Pantherarum pelles non illa amenitate placent, cum dicat Aristoteles Chamæleonem habere pellem pallidam nigris

gris distinctam maculis vt ~~παρόδια~~ hoc est Pardus vt Gaza vertit, Pardus autem & Panthera Plinio idem sunt animal, sexu solo distincta. Et hunc quoque ab Aristotele dictum colorem in Pantheris nostris reperimus, minoribus nempè illis animalibus, quam sint veræ Tigrides, quæ certè & pilo, colore, figura, statura, decorem longè præferunt Pantheras nobiliorem.

Quæ de capite, oculis, collo, cruribus, ac cæteris membris maiorem ad reliquum corpus proportionem habentibus, in enarrata iam historia scripta sunt, inutili planè repetitione porrò recensere haud opus est. Operæ pretium tamen videtur, hic integrum Aristotelis locum ex cap. 8. physiognomicum inferere, vt ex utraque genuina descriptione, æquus Lector conuenientiam & differentiam inter utriusque orbis Panthersas animo concipere queat. Sic igitur Aristoteles habet: *Pardalis autem inter ea, que fortia videntur feminina forma magis est, nisi secundum crura, his autem operatur, & opus aliquod fortitudinis facit. Habet enim faciem parvam, os magnum, oculos paruos albos, concavos ipsq; circumvagantes magis. Frontem longiorem, versus aures rotundam magis quam planam. Collum longum validè & gracile, petitus expers costarum, & longum dorsum. Coxendices & coxas carnosas. Quæ verò sunt circa ilia & ventrem, levia magis. Color autem varius, & totum inarticolatum & incommensuratum est. Forma corporis talis est. In his autem que circa animam, pufillum est & furax, & in summa dolorosum.*

Et hæc de Antiquorum Pardale, quæ in quibusdam cum nostra Panthera congruunt, in plerisque discrepant. Et vt ea, quæ ultimo loco ab Aristotele allata fuerunt, primo dicam; benè hic monet, quod ex insidijs potius quam aperto Marte cætera animalia adoriantur, quod Aelianus lib. 2. cap. 23. diligenter annotavit, & eundem ferme decipiendi Simias modum, quem in Americana recensuimus, enarravit. In hoc tamen variat, quod dicat Pantheram non arborem descendere, sed sub illa in qua Simias videt, se abiecte, nec supinam sed pronam. Cæterum etiam remisè tibias porrigit, oculos claudere, spiritu compresso se ab anhelando contineat & vero mortuam videri. Tum Simias illas ex audacioribus vnam semel, bis terue, demittere, & ad Pardalis examinandum affectum præmittere, oculos mirari clausos, & vbi spiritum nullum persentit tractum vel emissum, iam proprius omni leposito metu accedere. Hoc vbi sociæ in arbore conspiciunt, fiduciam & ipsæ colligunt, frequentes ex arboribus decurrent, saltant, ipsique Pardali ceu hosti suo insultant. Atqui tripodium hoc dui non durat, & caro ipsis nimium constat. Nam vbi Panthera, inquit, Aelianus omnia sustinens, ipsas insultando & illudendo desatigatas intelligit, ex inopinato exiliens, earum partem vnguis lacerat, partem dentibus distracta atque opimum & apidale ex hostibus prandium sibi abunde comparat, & tanquam Vlyss ancillarum contumelias & procorum, sic diu multumque harum insultationes perpetuit, ut hostes viciisci queat,

Atque dum ex Aeliano hæc ita cum voluptate excerptem, animaduertiri Aelopicam illam Vulpeculam apud Plutarchum libello. *Animi an corporis determines sint agititudines.* Et altero de septem Sapientum coniunctio, non tantopere suam aduersus Pantheram iactare versutiam debuisse. Cum enim coram Iudeo ambo

Pantheræ  
delineatio  
ex Aristoteli.

Pantheræ  
fraudes in  
capiendis  
Simijs ex  
Aeliano.

Aelopicæ  
Vulpecula  
cum Pan-  
thera de-  
varitate  
litigat.

ce ambo hæc animalia de sua disceptarent varietate , & Pardalis pelleri tot pi-  
eturatam maculis ostentaret , hanc Vulpes flocci pendens folidum id , nec  
aspe&tu gratum esse dixit : Me vero , inquit , si introspexeris index pre ista pelle tra-  
riam magis videbis , morum significans verlutiā , multis modis pro re nata  
alternantem . Hoc inquam Vulpī parum suffragatur , nam veluti iam audiui-  
mus , vt Pantheræ varia est pellis , sic Vulpina non deest astutia .

Panthera  
Vulpi va-  
fricū vix  
cedit .

Eadem , vt idem Aelianus haberet , vafritie vtitur Panthera in captandis Dor-  
cadibus , Hinnulis , Capris silvestribus . Nam admirabili quadam odoris sua-  
uitate , qua diutino quodam munere prædicta esse dicitur , euimodo animalia  
allicit , vbi sub folijs aut arborum frondibus deliteſcit , ex quibus tanquam  
ē latebris exiliens , ea postmodum capit . De hac odoris fragrantia America-  
ni nihil ſciunt . Et mirum ſanè eſt , ſi vera modò ſunt , que plures alij de hoc  
optimo narrant odore Authores , Pantheram per fragrantiam alias decipere be-  
ſtias , ſe ipſam tetro odore ac fatore quodam inſcari , & capi permittere . Nam  
ipſem Aelianus ultimo dicti Libr . Cap . hac habet : Pardales cum Mauri ve-  
niantur , eiusmodi inſidias collocant , vt intra edificiumculam lapidibus , quam prima  
ſtruxerant , putrefientis iam carnis fruſtum ex longiore funculo appendant . Deinde  
ex arundinibus tanquam raram ſtructura imponant , per eas vt ſatide carnis odor ema-  
net , & longè lateque vagetur . Hunc inſidium ſatorē ſera belliſta ſentunt , nam quo-  
dammodo tetris odoribus dilectantur . Itaque huius cibi appetitione buc illuc circumfe-  
runtur , & tanquam quadam amatoria illecebra attracte , & incident in laqueos , &  
infelici eſta conſtricte tenentur , atque ſic illaqueata paſtas dant liguritionis & hiluatio-  
nis impotere .

Vino dulci  
Panthera  
ineſcantur  
& capiuntur .

Verum & vino dulci admodum duci & inebrari is ipse Aelianus docuit ,  
quod venatores animaduertentes prope fontem , vbi bibere ſolitare conueniant ,  
ſcrobem excavant , dulcique Lyxo replet , & miferas ſuauis eſca fallunt . Sed  
quid mirum , ſi vino Pantheræ deleſtantur ? ( Quamuis vt vulgaris habet ver-  
ſiculus ,

Panthera  
Baccho fa-  
cia .

Bacchus  
eur Nigus  
dictus .

Panthera  
bonis aro-  
matum .

Alia con-  
tradicio  
authouſ  
ex corru-  
te & ala-  
critate .

Vina bibunt homines , animantia cetra Lymphae )

Cum Baccho olim ea ſacræ fuerint , Nam vt Philoſtratus lib . 3 . de vita Apoll .  
habet , à Rege Armeniæ Arsace eidem dedicatæ fuerunt . Capta enim in Pam-  
phylia fuit Panthera circa collum auream torquem habens , cum hac Ar-  
menica inſcriptione , Deo Ny/ao Rex Arſaces . Bacchus enim ab Indis Ni-  
ſens à Niſa quæ in India eſt , non ſolū , ſed & à populis omnibus orien-  
talibus ita appellatur , ſolent autem , eodem ſcribente Philoſtrato , aroma-  
tum maxime odore trahi Pantheræ , in India frequentissimorum . Tales  
enim ferre , inquit , aromantibus gaudent & ex longinquō odorem ſequentes tra-  
etiam odo-  
huntr : & ex Armenia per montes proſectæ ad Storacis lachrimam feruntur , quo-  
ribus tra-  
huntr .

Tiens venti ab ea parte flant , & arbores liquore turgent . Sed quonam modo hec  
iterum cum illis , quæ ſupra Aelianus de tetro odore , quo eas deleſtari dixe-  
rat , conueniant ; non video .

Neque insigni caret controverſia , quod apud Solinum cap . 20 . legimus :  
Tradunt , ait , odore Pantherarum & in contemplatione armenta mire affici , atque ubi  
vultus Pa-  
therarum . eas perſentificant , properatō conuenire , nec terreri , niſi ſola oris toruſitate . Quam obcas-

fam Pantheræ abſtundit capitibus , qua corporis reliqua ſunt , ſpectanda prebent , vt pe-  
cuarios greges ſupidos in obtuso populentur , ſecura & aſſirate . Plinius etiā lib . 8 . cap . 17 .  
Ferunt odore Pantherarum , inquit , mirè ſollicitari quadrupedes cum tās , ſed capitis toruſi-  
tate terri . Cū tamen Petrus Gillius in Aeliano dicat : Alatrem Pantheræ vultum  
effe , & noſtra hoc ipsum Americana , vt iam relatum fuit , comprobet . Sed de bo-  
no animalium odore , in ſequente forſan capite diſputādi locus dabitus . Panthera  
itaque , ex Græca Etymologia , à & & bniar ut aliqui exiftimant , ita dicta erit ,  
quod omne animal ad le alliciat , ſue hoc odore , aut corporis decore , qui Ameri-  
canæ noſtræ mirus inefſt , ſue aſtu demum & ſolertia quaunque eueniat . At-  
que hoc demum ſenſu à & & ſi forte melius dicentur : quemadmodum  
apud eosdem Græcos nārōp̄ vocatur illud filamenti ſeu retis genus , quo ani-  
malia diuerſa concluduntur : & ap̄a enim ferarum capturam , ſeu venatum ,  
ſignificat . Quæ de velocitate diximus , hæc vtriusque orbis Pantheræ maxi-  
ma inefſt .

Caterūm de Antiquorum Panthera plura non adfero . Concludo enim , quod  
nos hic impressum exhibemus animal , Pantheram haudquaquam eſſe : non veter-  
um quidem , cū Aristotelis ex physiognomicis allata deſcriptio huic mini-  
mè competat , ſi caput præcipue & ventrem in utraque delineatione probè in-  
tueamur . Corpulentum hoc noſtrum eſt animal : Aristotelis autē Panthera circa  
ilia leuis , & gracilis , quod & in Americana animaduertimus , vt quaſi hoc ſignum  
pathognomonicum dicere potiſ . Multo minus Americana Panthera fuerit , quæ  
pelle adeo formosa veftitur , vt non minus homines in ſuī admirationē ,  
quā Antiquorum illa bestia , allicere poſſit .

Exſtat quidem graphicā huius , & viuī ſuī depicta coloribus Icon , in Nar-  
di Antonij Recchi autographis : non quidem vt alia , quæ nunc exponimus ani-  
malia ſeparatim poſita ; ſed maiestatis Regiae Motazumarum , Mexicanī Regni  
olim Dominorum , imagini ſuppoſita . Horum enim Regum effigies , ſuis illu-  
ſtrata coloribus , in iſdem libris repreſentatur , varijs rariſque indumentis  
condecorata . Regium ſolum integrit Pantheræ pellis , & iſpum animal regis  
pedibus ſubſtratum cernitur , eodem prorlus modo depictum , quo à F . Gre-  
gorio affabré deſcriptum anteā exhibuimus . Salomonis ſane ad exemplum , de-  
quo 3 . Regum cap . 4 cū Regina Saba iſpum viſitaret , hæc legimus verba :  
Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem , & veftiuit cum auro fulvo ni-  
mis , qui habebat ſex gradus , & ſummitas throni rotunda erat in parte posteriori , &  
duo manus hinc arque inde tenentes ſedile : & duo Leones ſtabant iuxta manus ſingu-  
las . Et duodecim Leonuli ſtant super ſex gradus bine & inde . Credo equidem  
cū Reges iſti argento auroque adeo abundarent , vt hæc , ( quod de Salomone  
eodem loco legimus , tantam fuſſe iſpi argenti copiā , quātā lapidum ) vilesceret : planè  
pretiolifimis eos hiſ metallis , venuſtissimā Pantheræ pelle , ſuā ador�ā ſedi  
regie , præferre voluſe . Nec defuerit , qui Salomon aurū ex Ophir allatū , ex no-  
uo hoc orbe petiū ſuife dixerunt ; qui tamē multis argumētis , ſed hoc præcipue  
refutatur , quod yeteribus magnetis viſus in nauigatōnibus omnino incognitus  
fuit , abſque cuius direktione tam vastū peragrare pelagus , quantum inter noſtrū  
& Americanum orbem interiectum eſt , transmittere tuto minimè poiuſſent .

Etymolo-  
gia Pan-  
theræ .

Praefens  
animal no-  
cti Panthe-  
ra .

Effigies ve-  
re Panthe-  
ra Ameri-  
canæ , qua-  
lis , vbi fit .

Motazum-  
regis Mexi-  
cani .

An hoc ani-  
mal possit  
Leo Ameri-  
canus di-  
ci.

Descriptio  
Leonis A-  
mericanus à  
F. Grego-  
rio de Bo-  
lius nobis  
concep-  
ta.

LEO AME-  
RICANVS

Magnitu-  
do qualis  
Cani ma-  
stino.

Color.

Caput.

Crines.

Cauda.

Vngues.

Rapacitas.

Frequens  
est in Ame-  
rica.

Quomodo  
capitur.

Medicame-  
ta ex hoc.

Pellis v-  
sus.

Hac F.Gre-  
gorius.

Atque dum hæc anxiè ita peruestigo, alia quædam animo dubitatio incidit: An scilicet *Leonum*, non *Africanum* quidem, sed Americanum, hoc ipsum animal appellare liceat? Hic enim ab Africano non tam virium fortitudine, quam corporis staturâ plurimum superatur, & Indis *Puma* appellatur. Hunc autem in mei, imò commodi publici gratiam, ita nobis *F. Gregorius* delineauit: *Puma* est Leonis species, & in aliquibus à Leone Africano rebus differt, quem communiter animalium omnium Regem nominare solemus.

Reperitur *Puma*, seu *Leo Americanus* in omnibus fermè occidentalium Indiarum regionibus, exceptis tamen prouincijs (quarum non paucæ sunt) vbi frigora plurimùm dominantur. In illis autem, quæ moderatè frigida sunt, hoc animal minimè deest, & damna nō exigua inferunt. In temperatis itaque locis precipue *Pumæ* stabulat, vel quia à locis mótuosis calidioribus ad hæc subinde descendunt, vel quia deserta & frigidissima fugiunt, & in hæc se recipiunt, quod hic non desiderentur valles aliquæ, & loca augustiora ac conclusa, ob idque calidiora, in quibus prolem suam commode procreare valent, & ad quæ hominibus vix illus accessus pater. Ex his subinde ad terras habitatas se conferunt, & maximum armentis damnum inferunt.

Est huius feræ ea magnitudo, quæ magni *Canis Molossici*, quæ *Mastinum* dicimus, sed crura minus habet elevata. Color est inter gryseū fuluumq. medius. Caput obtinet crassum ad eam ferme figuram, quale in *Catto Pardo* maximo est cernere. Os magnum, & dentibus firmis, præcipue quatuor illis caninis bene stipatum: Oculos paruos, ardentes; ac tristes: nasum crassum, naribus bene patulis: amplam frontem, rotundas ac curtas aures, barbam longam, in Thorace crines lögiores quæ in reliquo sint corpore: superius labrum diuisum aliquatenus; in aspectu ferociam habet. Caudam gerit crassam, & æqualiter pilosam: fortes crassiq. tam anteriores quæ posteriores ei sunt pedes; & vnguibus armati fortissimis, acutissimisque.

Vbi Mulam forsan (cuius maximè carnibus afficitur) aut aliud majus animal, siue Vacca, seu Taurus fuerit, reperit; dorso eius insilit, & vnguibus veluti tot harpagibus, carnibus affixus hæret, donec humili profernat, dilaniat aut per medium nonnunquam discerpatur, & quantum volet, rabidam hinc famem expletat.

Et quandoquidem multò hic Leo in America communior est, quam *Tigris*; maiorem inde doméstico pecori noxam infert. Quare omni adhibita diligentia earum prouinciarum incolæ ipsum occidere conantur. Hic igitur canibus circumuallatus derepente arborem quærit, quam velocissimè scandit, ex qua scelotes aut sagittis impetus, vel viuus vel mortuus deturbatur. Potest itidè laqueis vel scrobibus in terra excavatis capi. In multis domibus pinguedo eius adseratur ad plurima virilis, ad membra præfertim paralytica. Omnes mirū in modù obstructions aperit, & efficaciter relaxat, ut molliens & resoluens medicamentum. Pelle vtuntur incolæ aduersus folis astum, & sua ex his sedilia exornant. Animal hoc calidæ naturæ est, ac valde vorax, quare suæ vix vñquam fami satisfacit.

In hac verò descriptione licet nonnulla comprehendantur, quæ animali huic picto vteneunque conueniunt; capitum nempe *Felini*, & aliqua pedum constitutio, ac corporis statura; plura tamen sunt in quibus variant. Maculosa scilicet pellis;

tot ouatis, rotundulisque maculis insignita, quæ in Leone seu *Puma* non elucent. Nec ferocitas illa hic, siue oculorum, siue dentium, eminet. Quare nec Americanum Leonem esse facile sibi quivis persuadere poterit. Hæsi aliquantisper in ea dubitatione, an *Lynxem* seu *Lupum ceruarium* vulgo dictum appellare hoc animal rectius possemus? Vidi enim nonnullas ad viuum exemplar depictas Lyneum Icones, ijsdem penè coloribus, ac maculis, prædictas. Caput in Lynce quoque, capiti huius bellua non multum est dissimile. Auxit suspitionem, quod apud *Ouidium* in *Summario Indiae occidentalis* lego, animal sub nomine *Gatto Ceravero*; vocatur autem à plerisque hodie Italis etiam *Lynx Lupus ceravero*. Est igitur nominis aliqua saltrem similitudo. Atqui huius nos rei certiores fieri poterimus, vbi ex Veterum scriptis genuina *Lyncis* historia pressius fuerit examinata. Quam tamē rem dum aggredior, magnis me iterum tricarum & opinionum difficultatibus intuoluimus: cum & nomen & figura *Lyncis* controverfa magis sint, quam vñlius alterius maculolarum bestiarum. *Lynxem* quidem non Itali modò, sed Latinè plerique loquentes *Lupum Ceruarium* (Germani vero in *Luchs* quasi *Luchsam* à Lynce deriuantes) appellant. Atqui & *Lyncis* & *Lupi ceruarium* nomen, non idem passim apud scriptores animal designare videtur.

Vt à *Lyncis* nomine auspicemur, hoc ter apud Aristot. quando ex profeso de animalibus agit, bis nēpe 2. & semel 5. de *Hist. Anim.* reperio, quod à quæ Latino, atque Græco est, *Lyncis* vocabulo ab Interpretè exprimitur. Sed quale animal sit, nō ideò claret, cum de hoc Aristot. aliud nihil habeat, quām quod ex *auro* vri-  
nam reddat, hoc est, non solum solum (omnes enim bestiæ sēminæ hoc faciunt) Aristotelis loca.  
sed mas etiam; quod & Leonem & Camelum, ac Leporem assolere idem docet. Secundo, quod *auro* *Lynces* vocant, hoc est admotis inter se clunibus, quod itidem Leones & Lepores facere ait. Et demum quod *Semitalum* habeat. *Talus* enim proprie bisulca habent Aristotelis autoritate, multisidà nō habent, excepta Lynce, quæ semitalum habet; & Leone, qui anfractuosum possidet & tortuosum; homo minimè habet. Ex quibus omnibus hoc solū colligimus, ex multisidorum gene-  
re animalium *Lynxem* esse, hoc est, pedes in digitos diuisos obtinere. Quid au-  
tem propriè *Talus* sit, alio in loco exponemus.

Ab Aristotele ad Plinii nos transferamus, videamusque, si quod certius ab hoc argumentum erueremus valeamus. Hic itaque lib. 8. cap. 21. *Lyncas*, inquit, de *Lynce*.  
vulgo frequenter. & *Sphingas* fusco pilo, māmīs in petiore geminis, *Ethiopia* generat,  
multaque alia monstra similia. Et lib. 28. cap. 8. *Peregrinae sunt Lynces*, quæ clarissime  
omnium quadrupedum cernunt. *Vngues* earum omnes cum corio exuri efficacissime in  
*Carpatho Insula traduntur*. Hoc cinere poto (fortasse legendum, propria) *præputia* (alij  
legunt *præputia*) *virorum*, cuiusdem aspersi sominarum libidines inhiberi. Item pruritus  
corporum, vrinas, stillicidia, vesica. Itaque eam potius terra pedibus agresta obruere tradi-  
tur. Eadem autem & iugulatori dolori monstratur in remedio. *Hæc tensus de externis*. Nunc  
reuertamur ad nostrum orbem; primum communia animalia in remedia, atq. eximia dicemus.

Ex huius loci vltimis, & principibus prioris verbis, hoc colligo: Plinio *Lynce*  
animal nō modo non fuisse Italicum, sed ne Europæ quidem. Quandoquidem  
supra in *Ethiopia* dixerat generari, nūc alterius quam nostri orbis (Europam  
puto intelligi) facit, Africanum insinuans, minimeque in Italia natum.

Quidius etiam 15. Metamorph. Lynxes his versibus Indicas facit :

*Vixia racemifero Lynxes dedit India Baccho,*

*Et quibus vi memorant, quicquid vescia remisit*

*Veneritur in lapides, & congelat aere tacto.*

Plinius certe Lyncum humorē, seu yrinam, glaciari in gemmas carbunculis similes, *Lyncurium vocatas*, lib. 8. cap. 38. scripsit, sed qua id in regione aut mundi parte fieret, non addiderat. Hic ipse lib. 37. cap. 2. fabularum de De Vrina Lyncum in lapide cōcreta.

Suecini generatione authores adducens, inter alia hæc habet : *Demostratus Lyn-*

*cirion id vocat (nempe Succinum) & fieri ex vrina Lyncum bestiarum, è mari-*

*bus fuluum & igneum, feminis languidius atque candidum. Alij dixerunt Langurum,*

*& esse in Italia bestias Langurias. Zenothemis Langas vocat easdem, & circa Pedum*

*ijjs vitam affirmat. Quod si, vt non nemo autumat, Lange & Languria, cum*

*Lynibus idem sunt, erunt & in Italia Lynces ex Plini. Si minus, aliorum ta-*

*men, consensu. Huc etiam facit Virgilij locus Ecclologia 5. In qua (vt Seruius*

*existimat) Iulij Cesaris mors sub Daphnidis nomine deploratur.*

*Ex Virgi-*

*lio & Co-*

*mmentatori-*

*bus ipsius*

*aliqua de*

*Lynibus.*

*Daphni, tuum Paenos etiam ingenuisse Leones*

*Interitum, monte que fieri, flueque loquuntur.*

*In Daphnis & Armenias curru subiungere Tigres*

*Instituit.*

*Nor, ait Seruius, propriæ ad Casarem pertinet, quem constat primum Sacra. Liberi Paris*

*transtulisse Roman. Et recentior Virgilij Commentator, eodem loco, Man-*

*cineillus: Lynxes, inquit, & Tigres currum Bacchi trabant, vt & Statius scribit. Sed*

*videtur Baccho assignari, teste Probo, vt per earum colorem, in vino varias esse ho-*

*minum mentes intelligamus; vel, vt per eas sauitia demonstretur, quod quidem poti-*

*infinitam excedant crudelitatem. Ex quo rursum loco colligo Baccho Indis ce-*

*lebri, bestias Indicas Pantheras, Tigres, Lynces sacras fuisse.*

*Octauam porro his verbis Eclogaffi incipit.*

*Pastorum Musam Damonis, & Alpheobœi*

*Immemor herbarum, quos est rurata iuuenca*

*Certantes, quorum stupefacta carmine Lynxes.*

*Ebi Poëta, vt Seruius explicat, quando non solum Iuxyencas suauitate, carmi-*

*nis ductas, vt mansuetæ animalia, à paleis abstinuisse; sed feras admodum,*

*etiam, quales Lynxes sunt, & sensus expertæ flumina oblituissse, singit, vim*

*carminis horum pastorum insinuare voluit. Primo Aeneidos etiam Venus*

*Aenæ filio & Achati in siluis, Venatricis sub habitu, ignaris,*

*Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.*

*Occurrit, hisisque alloquitur verbis*

*Hec, inquit iuvenes monstrate, mearum*

*Kidillis squam hic evantem forte sororum*

*Succinctam pharetrâ, & maculosa tegmine Lynxes,*

*Aut spumanus Apri cursum clavore prementem;*

*Vbi Seruius iterum: Lynx Rex Scythie fuit, qui missum à Cerere Triptolemum,*

*vt hominibus frumenta monstraret, suscepit hospitio, ut in gloriosa tanta migraret,*

interimere cogitauit; ob quam rem irata Ceres eum conuerit in Lynxem feram, varij coloris, ut ipse variae mentis extiterat. Hæc fabulosa vt vt sint, aliquam tamen semper veritatis umbram includunt, quam hinc signari autumno; & ferum hoc animal, crudele, ac technis plenum esse. Scio Ascensum hanc loci huius explicationem, quæ minime displaceat, adducere, poëtam significare voluisse, Venatores & venatrices, pelles plerunque Lyncum, quas interfecissent, ab his detractas trophæi quasi loco circumtulisse; id quod hodièque faciunt illi, quibus

*Insidijs cursuque feras agitare voluere est.*

Veruntamen, vt peregrinum & exoticum hoc animal esse veterum testimonio credere propemodum cogamur, rarum tamen non adeò fuisse, vt monstri loco haberetur, vel ex Galeno 6. de Administratione Anatom. cap. 1. discimus. Sudet is siquidem, si quis se Medicus in exemplo Anatomico exercere velit, vt accipiat Simias, si hæc defint, Cynocephalus, & Lynxes, aut uno verbo, ea animalia quibus artuum extrema in quinque discretâ digitos fuerint. Adductor etiam vt credam, ipsum non raro Galenum Lynces secuisse. Nam 11. de psa part. Cap. 2. omnia examinat animalia, quæ paruos, magnos, neruoso, imbecilles habent musculos temporales. Vbi Lynxes adducit; neque cum Lupis, Leonibus, Canibus, quibus maximi & neruissimi sunt, sed cum hominibus & Simijs collocat, quæ debiles habent & exiles. Quo in loco de Lynxum etiam maxilla inferior verba facit, atque nullum animal minorem hanc habere, quæ hominem, maiores, quæ equum & asinum. *Cur autem, inquit, maxima omnino maxilla inferior, Porcis, Asini, & Equis sunt, minima autem hominibus, Simijs, Cebis, Lynxibus; media vero magnitudine inter utraque animalium aliorum sunt;* antea diximus, cum ostenderemus ijs animalibus nihil opus esset; vt prona cibum ore sumerent, quibus autem manus essent, quomodo hominibus, aut velut manus, quomodo Simijs, quibus vero haec non essent, vt Equis, ea & collum manus, ob idque ipsam maxillam etiam habere maiorem.

*Lynxes ut ex Galeno discimus, non potuisse esse raro adeò inuenitu animal.*

*Quales maxillas Lynxes habent.*

Ex quibus Galeni dictis colligo Lynxem ex multis fideliter dicuntur Lynxes esse multitudinam.

*Lynxes vulgo frequentes in Aethiopia generari, quæ tamen verba: vulgo frequentes, non nihil ambigua sunt, cum nesciatur an illhic vbi Plinius degeret, an in ipsa Aethiopia vulgaria essent. Magis tamen in illam sententiam inclino; cum ea quæ alibi rara, Romæ, ciuium potentia & industria vulgaria essent. Galeni enim temporibus, qui sub Antoninis Principibus in Urbe vixit, non infrequentes fuerunt: vt modò diximus. Et sane quod ad huiusmodi peregrinorum animalium Romæ frequentiam spectat, vel unicum insolentissimi Imperatoris Heliogabali exemplum nos doceat, qui vna in cena Sexcenta Struthionum capita, ex quibus cerebella tantum assumerentur, conuiuis proposuit. Phoenicem etiam fe appositum pollicitus: vt nihil Romanis datur tanquam orbis ac Naturæ Dominis, iactare pro fastu videtur. Et quoniam supra iam diximus, Lynxem à plerisque hodie Nationibus Lupum Ceruarium appellari, videndum por-*

*Ex Aristo-*

*tele dicuntur Lynxes esse multi-*

*tidinam.*

*Lamprid.*

*in Heliog.*

De Lupo. Rō an huius Veteres etiam mentionem aliquam fecerūt, p  
ceruario. Plinij praeferim̄ lo-  
cerario. ferim̄ lo-  
ceraduc-  
tue.  
mal, quod Lynx est, esse crediderint.  
*Ludouicus Dominichi*, qui Latinum Plinij textum Italico, non infeliciter om-  
nino, Idiomate traduxit, vbiunque in Plinio *Lynx* sit mentio, *Lupi cernarij*  
(*Lupo ceruiero*) voce exprimit. Qui meo quidem iudicio non leuiter errat, cum  
Italicus Pli-  
nij inter-  
pres nota-  
tur.  
Plinius de Lupo Ceruario & Lynce varijs uti Capitibus, sic diuerso etiam ser-  
mone pertractet.  
Lynx agens, quibus Lupum Ceruarium, ceu-

pres nota-  
tus : mone pertractet .  
Et libro quidem 8. cap. 22. de Lupis agens , quibus Lupum Ceruarium , ceu-  
ex eodem genere ( ut sibi persuaderet ) annumerat : Sunt in eo genere ( Luporum  
nempe , inquit ) qui Ceruarij vocantur , quemque est Gallia in Pompei Magni haren-  
<sup>Plinio</sup>  
<sup>Lynx &</sup>  
<sup>Lupus cer-</sup>  
<sup>arus non</sup>  
<sup>idem sunt</sup>  
<sup>animal.</sup>  
spectaculum diximus . Huius , quamuis in fame mandent , si respexit , oblivionem cibi sur-  
reperi aiunt , digressumque querere alium . Et lib. i l. cap. 37. In fatigabilia , inquit ,  
animalium , quibus à ventre protinus resto intestino transeunt cibi , ut Lupis Cerua-  
rijs , & inter aues , Mergus . Et quandoquidem Plinius dicit , Lupum Ceruarium  
illum Pompei magni ex Gallia fuisse allatum , paulò ante dicto lib. 8. huius  
<sup>Chai & Ra-</sup>  
<sup>phy nomi-</sup>  
<sup>na .</sup>  
mentionem fecerat , verum non sub Lupi Ceruarij , sed Chai aut Raphi appellata  
tionis his verbis : Pompei magni primum Ludi ostenderunt Chaum , quem Galli Ra-  
phium vocabant , effigie Lupi , pardorum maculis . Vbi obiret hoc nōto : Italicum  
Plini interpretem iterum lapsum fuisse , cum hoc animal Chaum dictum , Gal-  
liraphium appellatum scriperit ; cum dicere debuisset , Gallos hoc Raphiū vocasse  
fuisse . Lupa Ceruarius . non tam quod hi

*Cur Lynx  
Plinio non  
sic Lupus  
ceruarus;* Erit igitur Plinius *Lynx*, minime ipsis *Lupus Ceruarus*, non tamen quod Galliam, illa Aethiopiam pro patria agnoscat (poterat enim, dicet quispiam, ex Aethiopia ad Gallos, & ab his ad Romanos transferri, quamvis hoc si fuisse, Plinius non tacuisse: ) quam quod nominibus discrepant, & hic semel tantum in Ludis Pompeianis vilius, illa vulgo frequens forte Romae fuerit, hic à voraciitate memorabilis, illa à vidēti acumine celebris extiterit. In ijsdem Pompei ludis comparuerunt alia animalia *Cephē* appellata, ex Aethiopia allata, quorum pedes posteriores pedibus humanis, priores manibus fuerunt similes. Quod animal postea Roma non vidit, ut idem Plinius habet, quod si *Lupus Ceruarus* id ipsum natale solum agnoscere, non Gallia, cuius inquilinus saltē fuisse, sed Aethiopia, hoc in loco nominari quoque debuisse.

An ab Aristotele igitur, quid Lupi Ceruarij sint, discemus? Hic lib. 9. cap. 44.  
Histor. Anim. de Thoibus loquitur, quos Gaza Lupos Ceruarios vertit. Haec sunt  
præceptoris verba à Gaza Latinè redditia: Thoës igitur, quos Ludos Ceruarios  
diximus, inquit Gaza, hominem diligunt, & neque offendunt neque metunt valde;  
pugnant cum Canibus & Leonibus, quid sit, ut ne eodem loco sint Ceruarij (seu Thoës)  
& Leones. Optimi Ceruarij qui minores sunt; genera huius alij duo, alij tria. statunt;  
plura ijs esse non videntur. Sed ut piscium, avium, quadrupedum genera aliqua, ita  
Ceruarij quoque per tempora immutantur, & colorem diuersum hyeme estateve trahunt;  
atque estate nudi, hyeme hirti redduntur. Hic Gaza male ait, plura ijs genera non  
videntur, sufficiebat dicere, plura non videntur, cum reuerâ nec sint diuersa  
genera, nisi quodlibet accidens statim speciem distinguere putaueris, qualia  
sunt pilosum, & depile esse.

Hic singulariter ego animaduertendum censeo, cum dicitur *Thôes cum Leo*  
*ne pu-*

ne pugnare ferox & generosum aliquod animal insinuari, quod ex genere Lut  
porum esse videtur, cum *quia pilum*, quod etiam in proverbio est, *non animum*  
*mutat*; & propterea plura esse genera videntur; videntur inquam, at non  
sunt, ut iam dictum, cum solo pelo & colore varient: tum *quia idem Aristoteles lib. 3. cap. ultimo*, Lupis annumerare Thoës videtur, cum inquit: *Quia* in  
etiam Thoës ( quem *Lupum cervarium* appellamus ait Theodorus Gaza ) *interna*  
*omnia similia Lupi* habet. Ex quo iterum loco deduco, Thoëm non posse esse illi  
lud animal, quod propriè à Plinio *Lupum cervarium* vocari diximus. Hic enim  
suo Ceruario Lupo vnicum & rectum, à ventriculo ad podicem concessit in-  
testinum, quod in Lupis quibus Thoës interiora omnia similia possident, mi-  
nimè verum esse supra in Lupi Historia demonstrauimus. Nisi dicere velis,  
etiam Lupum habere vnicum non interruptum, aut ex varijs separatisque ne-  
rum, intestinum; quod quidem in omnibus animalibus & homine quoque ipso  
veriflum est. At non ictud hic agitur. Licet enim in omni animali varia  
nomina intestinis indantur, hæc tamen omnia non contigitatem, sed conti-  
nuitatem habent, & sola crassitie ac tenuitate siue, ut Medicis loquuntur, sub-  
stantie modo, distinguuntur, suntque simul sumpta longissima & anfractuo-  
sa, non recto tramite ( ut Plinius in Ceruario Lupo contingere ait ) à Pyloro  
ad podicem descendantia.

Sed quid coniecturis certare opus est? quando ipsum Iudicem, Plinium in-  
quam, qui certò licet hanc dirimat, adire licet? Hic quæ de Thoibus Aristot.  
habet, probe in suos retulit Commentarios lib. 8. cap. 34. *Nam Thœs*, inquit,  
*Luporum id genus est procerius longitudine, breuitate crurum dissimile, velox salu-*  
*rato vivens, innocuum homini; habitum non colorē mutant, per hyemes hirti, estate*  
*nudi.* Vbi minimè hic, quod Gaza ausus est, Thœm Lupi ceruarij nomine  
extulit, sed *Thois* nomen Græcum relinquit, quale apud Aristotelem reperitur,  
quod alioquin Plinio insolens est, cùm alibi ex *Pardale* voce Græca, *Pantheram*  
Latinam quasi vocem fingat. Quin lib. 10. cap. 74. *de illis, quæ inter se conueniunt*  
*& dissident, animalibus: Dissident Thœs & Leones, inquit, & minima e quæ ac maxi-*  
*ma, nempe animalia. Quid autem propriè sint Thœs, non hoc pertinet expli-*  
*care, satis nobis est nec Lynxes, nec Lupos ceruarios dici debere.*

In his itaque angustijs constitutus, Iulium Cæfarem Scalig. consilij petendi gratia adeo, & quæ Exercit. sua 210. aduersus Cardanum adfert, diligenter lego; reperio eam subtilitatem, qua cuius è triuio obuiam se præbeat; *Lynxes* nimurum nihil formæ Lupine habere; *Lupos* vocari tamen, quod Luporum sint auditate, & *Ceruarios*, quod Oppianus scribat, eos maximè Ceruis insidiari: ceterum maculis inter se differe, quarum aliae breues orbiculares, aliae productas habeant. Sed id, quod nos quarebamus, & in quo rei cardo versatur; an nostra nempe *Lynxes* sint Antiquorum vel *Lynces*, vel *Lupi ceruarij*, hoc tacet, & nos sub cultro relinquit.

Debemus tamē aliquid Scaligero, quod lib. 2. cap. 47. Commentariorum  
storum in Histor. Animal. Aristotelis hēc verba explicans. At verò utraque  
dentata maxilla unicum ventriculum habent, ut Homo, Sus, Canis, Vrsus, Leo, Lopus.  
Quin etiam T hōes omnia viscera Lupo similia obiunent. Debemus inquam, hoc Sca-  
liger Thōem, & A itoicis  
ligero etiam Thōem, &  
bene vo-  
car.

524 ALIA ANIMALIA  
ligero quòd verbum verbo reddens pro *Thoë Thoëm*, & non *Lupum ceruarium*, ut Gaza facit, substituerit. Explicatio eius hæc sequitur: Aristoteles mentionem hic facit animalis, quid *Thoëra vocat*, de quo in *Historia nostra* satis scriptum est, *Lupum ceruarium* *vocat Theodorus*, nos vulgè *Lynxem ceruarium dicimus*. Plinius in Capite de *Lupis*, *ceruarij* satit mentionem, neque eius figuram ostendit nobis, cum tam speculatorum memoriam prodere, prius è *Gallia* *Romam* allati. *Thoës* verò, quasi aliud animal; *Greca* *voce* appellat & alibi eiusdem libri, & decimo.

Sed ridiculum invenire, quod tam  
vasto suo volume lib. Hist. Anim. cap. 35. prout ipse ea diuidit, particulam  
hanc explicans: *qui hoc est de quo nos uocant ut rursus uox.* *Lupi Ceruarij* (inquit ipse in trans-  
latione) *implentur coitu & Canes.* Pro Thoës non, vt prius, verbo verbum reddi-  
dit, sed ipsum, quem reprehenderat tamen, Gazam secutus, *Lupos ceruarios*  
interpretari, contra suammet ipsius & Plinij mentem, voluit. Audiamus te-  
men commentum ipsius: *Aliibi docuimus*, inquit, *quare Lupi*, *cum tamen nihil*  
*Lupi* *preter audiitatem* *habeant*, *vocentur.* *Ceruarij autem*, *quia ceruorum hostes acer-*  
*rimi Lynxes sunt, & Oppianus Thoas vocat*, *quos etiam Plinius Luporum genus esse*  
*agit.* *At videtur neque Ludos ceruarios*, *neque Thoas*, *neque Lynxes*, *nisi ex aliorum si-*  
*de, nouisse.*

*de nomine.*

Cum Aristotelis igitur & Plinij ( quantumuis hi Antesignani nostri sint,) authoritatisbus nihil haec tenus esse etum sit, inferiores aequum est scriptores consulamus, & Solinum inter hos primum cap. 7., qui *Lynxes* inter Luporum genus reponit. Prima igitur in classe Lupos reponit ordinarios & vulgo notos, in quibus hoc est naturae miraculum, quod in cauda eius villus, vt ait, amatorius perexiguus reperiatur, quem sponte damno abicit, cum capi meruit, neque enim hic potentiam habere, nisi viuo detrahatur, stulte creditur. Secundo succedit loco, *Ceruarius Lupus*, qui hoc singulare obtinet, vt post longa etiam ieiunia carnes mandens, si reficiat, obliuiscatur pralentis copia, & quae situm eat aliam, quam reliquerat, satietatem. Tertiò in hoc genere animalium, inquit, numerantur & *Lynxes*, quarum uniuscõ in duritatem lapidis fatentur pretiosi. Erant igitur teste Solino Lynxes in genere Luporum, in quo & ceruarij sunt: sed cum his non ijdem erunt, sed sua propriae speciei *Lynxes*. Quare nec hoc euincemus Authore, Lupos *Ceruarios* & *Lynxes* idem animal esse. Fuerit tamen haec authoritas in causa, vt iuniores Scriptores Lynces etiam Ludos ceruarios vocare voluerint.

*Elianus Lyncum non meminit: Petrus tamen Gillius huius interpres et  
Oppiano, sed male, Lynxes facit Pardalium, seu Pantherarum generis, cum in-  
quit: Pardalium duplex est genus, alia enim Lynxes nuncupatae, parvae quidem con-  
tra Lepores comparantur, aliae maiores in cernos atque Oryzes facile insiluntur; eiusmodi  
ambae corporis figura similes sunt, & similiter virisque oculi suanier fulgent. Facies  
virisque alacris perlucet, paruum viruisque caput. Solus color dissimilis. Minores qui-  
dem rubro, maiores vero crocco sulphureoque flore distinguuntur. Quæ omnia vera  
esse videntur ex mente poeta Oppiani, præterquam quod Lynxes Pardalum  
species facit. Sunt enim animalia sui generis, & cum Pardalibus sive Pan-  
theris nihil magis habent similitudinis, quam cum plurimis alijs differentiis  
mis,*

mis, pellēm præber maculosam Albertus Magnus præter ea, quæ de Tho-  
scripta sunt, nihil singulare assert. Et Isidorus illa, quæ Lupo Cœruario conue-  
nire diximus. *Lynx dictus est*, inquit, *quia in Luporum genere numeratur*, *bestia*  
*maculis in tergo distincta et Pardus*. *E* similis Lupo. Data hæc opera etiam illa  
huc inferam, quæ in libro *Horti sanitatis* titulo, ex lib. de *Naturis rerum*  
citata reperio, & hæc sunt: *Lynx adeo perspicaces oculos habet, et subtilitate visus*  
*etiam solida corpora penetrat. Constat enim, quod oculus in humido situ est, iuxta Philo-*  
*sophum. Tria vero sunt in aqua, scilicet aqua humiditas, diaphaneitas, & lucis per-*  
*spicuita. E* hanc etiam communicant cum natura cœlesti. *Lynx habet linguam ser-*  
*pentis similem, sed maiorem, quam in longitudinem porrigit, et collum circumagit: un-*  
*iques habet grandes, unicum satum facit, & prima eius in gemmam durescit.* Ex quia  
descriptione liquet, quām misere non raro decipiātur, dum tuis authorum  
verbis fidem habemus, nec res expendimus ipsas. Quod & hoc in loco vluue-  
nit, cum *Lynxi* serpentis lingua tribuitur, quæ *lynigi* auticula & non *Lynxi*  
quadrupedi à Naturâ concessa fuit. Est autem *Lynx*, si Bellonio assentimur, ex  
*Picorum genere*, & Aldrovando *Torquilla* vocatur: lingua huius longa est in signi  
cuspide præmunita. Hanc autem ferunt lingua aculeo velocissime exerto trans-  
fixas formicas venari. Eodem prorsus modo, emissâ instar sagittæ prælonga lin-  
guia muscam transfigere Chamæleonem vidi, uti suo loco dicam. Iam similem  
velle sibi in Lynce quadrupede linguam imaginari, hoc potius somniare, quām  
philosophari esset.

Quid igitur Lyncem in rerum Naturę Vniuersitate nullā reperiiri, sed *Sphingis* instar, *Gryphis*, *Pegas*, *Hippocentauri*, aut alleius modo *Chimera* à poëtis ficta, ab otiosis hominibus pietam autem habimus? Eique non *Ethiopiam* cum *Plinio*, sed cum *Aristophane* ~~reponitoxvix~~, aut cum *Thomā Moro* *Vtopiam* pro patria assignabimus? Vel in solo mentis Intellectu, instar *Entium* rationis, ut Scholastici loquuntur, existentiam obtinere credemus?

O quād optarē ego nūc mihi *Icaro-Mēnippī* illius apud *Lacianum* alas dari ! Non ut his ad Lunam eucherer, sed quō dextra ala, quā adūlina erat, virtute suffulces, tam cernendi vim & acrimoniam acquirerem, quā, ut *Mēnippus in Lune* orbe constitutus, repente factus *Lynceus*, cuncta quā in terra sunt, digno-uit homines, feras, ac propemodū etiam culicū nidos; ego *Aquila* instar *Lyncei* reperiſſe fineam, ac intueri quēam, à qua *Lynceos* postmodum matutinio oculis, in catere qui mihi restat Animalium labore, perficax magis sum, vereque *LYNCEVS*. Sapientē certò, *Plutarχas* opūsculo de *Iudeis* & *Orisidē* omnia bona à DEO petenda esse monet, sed præcipue *Veritatem*, quod nullus homo accipere grandius, vel largior DEVS ipsa possit augustias. Cetera enim, inquit, *DEVS* hominibus quidem, quorū sunt indig, donat. Hanc possidet ipse peculiarem, eaque utilit. Et quid nō?

**DEVS** omnia nūtūt, que sunt, que fuerant, que mox ventura trahentur.  
Siquidēm DEVS ipsa est **V**eritas, cuius nos in rebus naturalibus p̄cipue vīm  
bram quandam pollideñtus, & ad eam contentis quidem oculis cetera lagartarij  
ad scopum collimamus; ast fāpius aberrantias. Id, siquando mihi eveniuntur